CAliā parabolā p̄posuit illis dices Simile factū est regnū celoz homini⁹ qui seminauit bonū semē in agro suo. Cū autē dormirēt homines uenit inimicus ei⁹ t̄ sup̄seminauit zizania in medio tritici: t̄ abiit. Cum aut̄ creuisset herba ⁊ fructū fecisset: tūc apparuerūt ⁊ zizania. Accedētes autē serui patrifamilias: dixerūt ei: Domine nōne bonū semen ieminsti in agro tuo? Elī ergo habet zizaniaſ? Et ait illis: Inimicus homo hoc fecit. Serui autē dixerunt ei: His imus ⁊ colligimus ea? Et ait: Nō. Ne forte colligentes zizania eradicētis simul ⁊ triticū. Sinite utraqz crescere usqz ad messem: t̄ tempore messis dicam messoribus: Colligi te primū zizania ⁊ alligate ea in fasciculos ad cōburendū: triticū aut̄ congregate in horreum meum.

Ca. 2

CHRY. In p̄cedenti parabola locut⁹ est dñs de bis q̄ verbu dei non suscipiūt: hic aut̄ de his q̄ suscipiunt corruptiuū sermonem. etenī hoc ē diabolice machinationis veritati semp errorē insicerere. vñ dīc̄: Aliā parabolā p̄posuit illis dices: **HIE.** Dōpōit aut̄ alia pabolā q̄si diues pat̄familias: imitatos diversis reficiens cibis vt vniq̄s q̄s fm naturā sui stō machi varia alimenta suscipet. Non aut̄ dirit: Ulte ram sed Aliā. Si enī pp̄sūsset alteram: expectare tertiam nō poteram: premisit alia: vt plures sequātur. Que aut̄ sit parabola ostenditur cū subditur: Simile factum est regnū celorū. **REMI.** Regnū celorū appellat ipsum filiū dei: qđ regnum simile dicitur esse homini q̄ seminavit bonū semen i agro suo. **CHRY.** Deinde modū insidiariū diaboli ostē dit dīc̄s: Cum aut̄ dormirēt homines venit inimicus eius & superseminaluit zizania in medio tritici & abiit. Demonstrat hic q̄ error post veritatē existit: qđ ad rerū exitus testatur. Et enī post prophetas fū erūt p̄leido, pp̄bete: & post apostolos p̄seido apōstoli: & post christū antichristus. Nisi enī diabolus viderit quid imiterit: vel quibus insidiēt: non tentat. quia igne vidit q̄ bic reddit in fructū centū: ille Ix. alius xxx: & nō poterat rapere & suffocare qđ rādicatum erat: per aliam deceptionē insidiatur inter serens suā: multis ea similitudinibus colorās: vt facile surripiat his qui abiles sūt ad deceptionē. pp̄ hoc non dixit: qđ seminet aliquid aliud semen: sed zizaniā que fin visum assumulantur quodāmodo trūmēto. Hinc etiā appetat diaboli malignitas: nūc enī seminavit: qđ vniuersa erāt completa vt magis noceret agricole studio. **AVG.** de que euā. Dicit aut̄ cu dormirent hoīes: quia cum negligentius agerēt p̄positi ecclēsie: aut dormitionē mortis acciperent apostoli venir diabolus: & superseminaluit eos quos malos filios dñs interpretatur. Sed recte q̄rē vtrū heretici sint aut male viuētes catholici. Sz qđ dicit eos in medio tritici seminatos quāsi vident̄ illic significari q̄ vñ cōlōnia sūt. Verūt̄ qđ agrū ipsū nō ecclēsā: sed hūc mūdū interpretatus est: vnde intelligūtur heretici: qđ in hoc mūdū p̄miscent bos̄is: vt illis qui in eadē fide malī sint: palea poti⁹ q̄z zizania deputent̄: qđ palea etiā fundāmentū habet cum frumento radicē qđ cōm̄. Scismatīci autē videntur spicis corruptis etiā similioz vel paleis aristū fractis v̄ scissis & de segere abiectis: nec tñ cōsequēs ē vt oīs hereticus v̄ scismaticus ab ecclēsia corgaliter seget̄. m̄los enī portat ecclēsia: quia nō ita defendunt falsitatatem sententie sue: vt intentaz multitudinem faciant: quod si fecerint tunc pellūt̄: Lū ergo diabolus aspersus partuis erroribus falsisq̄ opinionibus superseminasset: hoc est p̄cedente nomine christi heresēs superieciſſet: magis ipse latuit: atq̄ occultissimus factus est. Hoc est enī quod dicit. Et abiit: quāq̄ in hac parabola dñs sicut i expositōne oclūſit: non qued̄ i sed omnia scandala & eos qui faciunt iniquitatē zizaniōū nomine signifi cassē intelligūtur. **CHRY.** Ex posterioribus autē diligenter hereticop̄ formam describit dīc̄s: Cum aut̄ creuisset herba & fructū fecisset: tūc apparuerūt & zizania. In p̄incipio enim heretici obumbrat̄ seip̄sos: cū aut̄ multā acceperint libertatē & sermōe aliis

quis cū eis participauerit: tūc venientem effundit.
AVG. de que. euā. **Vel** aliter. **Cū** hō spir. talis esse
cepit dijudicans oīa tunc ei errores incipit appāre
discernit enī quicqđ audierit aut legerit abhorere
a regula veritatis: sed donec in eisdem p̄ficiat spiri-
talibus: pōt eū mouē quare sub noīe christiano tā
multe hereticoꝝ extitere faltisates. vñ sequit: **Acce**
dentes aut̄ serui patris familiis dixerunt ei: **Dñe noī:**
ne bonū semē seminasti i agro tuo: vnde ḡ zizania?
Utrꝫ at̄ ipsi sunt sui quos postea messores appellat
an q̄ in expositiōe p̄abole messores dicit esse ange-
los: nec q̄s dīcē facile ausus fuerit angelos nesci-
se: q̄s zizania supsemirauerit: magis oportet intelligi
gi hoīes ip̄sos fideles fuoꝝ noīe hoc loco signatos:
nec miꝫ si t̄ bonū semē ip̄sī dīcūt. ex diuersis enī su-
grificationibꝫ vñ res diuersas s̄lititudines recipit:
sicut t̄ de se ait q̄ ip̄se sit ianua q̄ ip̄se sit pastor. **Zic**
cedūt aut̄ ad deū sine corpe: s̄ corde t̄ mentis des-
derio: quo docēte itelliguit diaboli calliditate h̄ eē
factū. vñ seq̄tur: **Et** ait illis: **Inimic⁹** hō hoc fecit.
HIE **Diabol⁹** ppter ea inimic⁹ hō appellat: q̄ deus
ee desist. t̄ in. ix. psal. scriptū ē de eo: **Exurge oīe: nō**
zorat hō. Quāobrē non dormiat q̄ ecclēsie p̄posi-
tus ē: ne p̄ illi⁹ neglētiā ūnic⁹ hō supseminal ziza-
nia: h̄ ē hereticoꝝ dogmata. inimic⁹ aut̄ vocat. p̄pē
iacturā quāa infert hoībꝫ. veratio enī diaboli aduer-
sus nos ē: p̄cipiūt at̄ veratioꝫ factū ē nō ab ūnicī-
tia que ē ad nos: s̄ q̄ ē ad deū. **AVG.** de q̄. euā.
Cū aut̄ serui oīi cognouerint hāc excoigitasse diabos
lū fraudē: cū h̄ tantū noīis auctore nibil se valere sen-
tiret: vt fallacias suas eodē noīe obtegeret: pōt sibi
suboriri volūtas vt tales hoīes de reb⁹ ūianis aufe-
rāt si aliquā t̄pis habeat facultatē: s̄ utrꝫ fac̄t̄ debet
ant iusticiā dei ūslūt. vñ seq̄: **Serui at̄ dixerūt: vñ**
im⁹ t̄ colligim⁹ ea. **CHRY.** **Ubi** intuēda ē fuorū
diligentia t̄ dilectio. etenī festinare zizania euellere
q̄d mōstrat eoꝝ de ūnīe ūlitudinē. **Ad** hoc enīz
solū respiciūt: nō vt aliq̄s puniat: sed vt ūminara n̄
pereant. **Quid** aut̄ oīs responderit subditur: **Ei**
ait: non. **HIERONYMVS.** **Datur** enīm locus
penitentie: t̄ monemur ne cito amputemus frātrē:
quia fieri potest vt ille qui hocie noīio depraua-
tus ē dogmate cras resipiscat: t̄ defendere incipit
veritatē. vñ subdit: **Ne forte colligētes zizaniā: era-**
dicetis fil⁹ t̄ triticū. **AVG.** de cō. euā. **In** quo eos
patientissimos t̄ tranquillissimos reddit. h̄ enī dī:
q̄z boni dū adhuc infirmi sūt: op̄ b̄st i q̄busdā ma-
loꝝ cōmīrtiōe: siue vt ḡ eos exerceat: siue vt eoꝝ cō-
patiōe magna illis exhortatio fiat iuitā ad meli⁹.
aut̄ forte simul eradicat̄ triticū cū auferant̄ zizania:
q̄z multi primo zizania sūt: t̄ postea triticū sūt: q̄ ni-
si patienter cū mali sūt tolerent̄: ad laudabile ū-
tationem non perueniūt: ita si euulsi fuerint: simul
eradicatur t̄ triticum: q̄d futuri essent si eis parcere
tur. **Ideo** dicit tales non esē auferendos de hac vi-
ta: ne cum malos conas interficere: bonos inſciat
q̄d forte futuri sūt: aut̄ bonis obſit: quibꝫ t̄ inuitis
utiles sūt. **S̄** tūc opportune hoc fieri: cū iā de ūne
nō restat vel tēp⁹ cōmutāde vite vel proficiendi ad
veritatem ex occasione atq̄ comparatione alieni er-
roris. t̄ iō subdit: **Sinete utraq; crescere vſq; ad mes-**
sem. i. vſq; ad iudicū. **HERO.** **Quidetur** aut̄ hoc

Mattheus

esse contrariū illi p̄cepto: Auferte maliz de medio vestrū. Si enī prohibetur eradicatione v̄sq; ad messem tenenda est patientia quomodo eisendi sunt quidam de medio nostrū: Sed inter triticū et zizaniā am quod nos appellamus loliū: qđiu herba est et necedum calamus venit ad spicam: grandis similitudo ē: et in discernēdo aut nulla aut difficultis substātia permanet ergo dñs: neverbi quod ambiguū est cito sententiā p̄feramus: sed deo iudici reseruemus ut cū dies iudicij venerit: ille non suspicionē criminis: sed manifestū reatū dō sanctoz ceti ejsciat. **T AVG.** contra epistolā permēnianū: **L**um enī quisq; christi anorū int̄is in ecclesia ōstitutoz in aliquo tali pecato fuerit dēphensus: vt anathemate dign⁹ habeatur: fiat hoc vbi periculū scismatis non timeret cū dilectione non ad eradicandū: sed ad corrigendū. qđ si se non agnouerit: neq; penitendo corixerit: ipse foris exierit: et p̄ p̄priā voluntatem ab ecclesiē cōmūnione dirimet. vñ de dñs cuž dixisset: **S**inice vtrāq; crescere v̄sq; ad messem: subiunxit cām dicens: **N**e forte cū vultis colligere zizaniam: eradicetis simul et triticum. Ubi satis ostendit cum metu iste non subest: sed oīno de frumentoz stabilitate certa secutias manet. i. quando ita cuiusq; crimen notū est: et omnib⁹ execrabilē app̄aret: vt vel nullos p̄stus vel non tales babeat defensores p̄ quos possit scisma ḵtingere: non dormiat seueritas discipline: in qđ tanto est efficacior emendatio prauitatis: quāto diligētior fuerit obseruatio charitatis. **L**um vñ idē moribus plurimos occupauerit: nihil aliud boni restat qđ dolor et gemitus. sic igitur misericorditer corripit homo qđ pōt: qđ aut̄ non pōt: patienter ferat: et ex dilectione gemat atq; lugeat. demū ille desuper emendet et corrigit: atq; v̄sq; ad messēz differat era dicare zizaniam et paleam vētilare. Turba aut̄ iniquorum cū facultas est in populis p̄mendi sermonem generali obiurgatione ferienda ē: et maxime si occaſionem atq; opportunitatē p̄buerit aliqd dñi desu per flagellū: quo eos appareat p̄ suis meritis vapulare. tuc enī aures humiles p̄bet emendari fmone calamitas auditoz: et facilius in gemitu confitendi qđ in murmura resistendi afflita corda compellit: qđq; et si nulla calamitas tribulatiōis p̄mat: cum facultas detur vtiliter corripit in multitudine multitudi. nam sicut separata feuire. sic in ipsa cōgregatiōne obiurgata gemere consuevit. **CHRY.** **D**oc aut̄ dixit dñs phibens occasiones fieri. neq; enim oportet interficere hereticos: qđ preliū in expugnabili in orbem terrarū induceret. et ideo dicit: **N**e eradicetis simul cum eis frumentū. i. si mōueritil arma et occideritis hereticos necesse est multos sanctoz simul submitti. non ergo detinere hereticos: et ablidere liberam eoz p̄paltungē: et synodos et studia dissoluere. phibet: sed interficere et occidē. **T AVG.** ad vincentiū: **D**ec aut̄ primitus mea ſitia erat: neminem ad vnitatē christi cē cogēdū. vñ enī agendū: disputatione pugnandum: rōne vincendū: ne fictos catholicos haberem⁹: quos aptos hereticos noueramus. Sed hec opinio mea non contradicentium verbis: sed dēmonstrantiū supabat exemplis. h̄az. n. legū terroz quibus p̄mulgandis reges seruūt dñs in timore: ita p̄fuit et nūc alij dicant: **J**am hoc vole-

bam: sed deo gratias qđ nobis occasiōne p̄buit et dilationū morulas amputauit. Alij dicūt hoc esse rerum iam ſciebamus: sed nescio qua cōſuetudine te nebamur: gratias deo qđ vīcula noſtra dirupit. Alij dicant: **N**esciebam hoc esse veritatē: nec eam dice re volebamus: sed ad eā cognoscendā mer⁹ fecit in tentos: gratias oīo qđ negligentia noſtrā ſtimulo terroris excuſſit. Alij dicant: **N**os falſis rumorib⁹ terrebamur intrare: quos falſos eſſe nescirem⁹ nū intrarem⁹: nec intrarem⁹ niſi cogenerem⁹: grās deo qui p̄dicationē noſtrā flagello abſtulit: ext̄gto doctū qđ vanā et inania de ecclesia ſua mēdar fama iactauerit. Alij dicāt: **P**utam⁹ quidem nihil interelle vbi fidem christi tenerem⁹: ſz grās oīo qđ nos a vīuſione collegit: et hoc vñ deo ḵgruere vt in vītate colatur oīdit. Seruiant ergo reges terre dīc̄to leges edēdo p̄ christo. **T AVG.** ad bonifaciū comitē: **Q**uis aut̄ veſtrū velit non ſolū aliquē hereticos perire: veꝝ etiā aliquid p̄dere: ſz aliter nō meruit habē pacē dom⁹ dauid niſi abſolon filius ei⁹ in bello qđ otra patrē gerebat ſuiffet extincit⁹: qđuis magna cura mandauerit ſuiss: vt eū qđtū poſſent vīnu ſalutis ſeruarēt: et eēt cui penitēti paternus affect⁹ ignoſce ret: **Q**uid at̄ ei reſtitit niſi p̄dū flere: ſuī regni p̄ce acquisita ſuā mēſtīcia cōſolari: Si ergo catholica mater ecclesia: ſi aliquorū p̄ditione tam multos ceteros colligit: dolorē materni cordis lenit: et ſanctūcōtoz liberatione populoz. vbi eſt aut̄ qđ iſtū clāmare ſuueurunt liberū eſt credere: cui vim christi itūlit: quē coegit: ecce h̄iſt apl̄m paulū: agnoscit in eo p̄ius cogentē christū: et poſtea docētē: p̄ ſuorientē: et poſtea conſolantē. **M**ix aut̄ eſt quō ille qđ pena corporis ad euāgelīū coact⁹ intravit plus ill̄ oībus qđ ſolo verbo vocati ſuī in euāgelio laborauit: cur ḡ nō cogere ecclesia p̄ditos filios vt rediret: ſi p̄dū filii coegerūt alios vt periret: **S**eq̄. **E**t in tre messis dicā mēſſorib⁹: **L**olligite p̄mū zizaniam: et alligate ea in fasciculos et cōbūratis. **HIE.** **M**effis aut̄ appellat temp⁹ metēndi: p̄ messem vñ deſignat oues iudiciū: in quo ſepandi ſūt boni a malis. ſz p̄e quid dicit: **CHRY.** **L**olligite primū zizaniam: Ut nō timeat boni qđ ſimul cū zizanis tollat frumentū. **HIE.** **D**ō aut̄ dicit zizanioz fasciculos igni tradi et triticū ḵgregari in horrea: manifestū eſt hereticos quosq; et hypocritas gehēne ignib⁹ cōcremandos: sanctos vñ qđ appellanē triticū: horreis. i. celeſtibus mansionib⁹ recipi. **T AVG.** de que. euan. Quen aut̄ pōt cur non vñ ſace aut̄ vñ acerū zizanioz fieri dicerit: niſi forte ppter varietatē hereticoz nō ſolū a tritico ſed etiā aſcipiſis diſcrepantiū. Iſia vñiſenſi inſq; heresos in q̄bus ſigillatim ſua cōmuniōe oīi iūcti ſūt: noſe fasciculoz deſignauit: vt etiā tuc iſip̄ ant alligari ad cōbūrendū cū a catholicā cōione ſegregati: ſuas p̄prias qđ ſeſteſ habē ceperit: vt cōbuſtio eaz fit in fine ſeli nō alligatio fasciculoz. ſz ifa ita eēt: nō tā multe respiciendo: et in catholicā remeando ab errore diſcederent. **Q**uapropter alligatio fasciculoz in fine p̄futura ē: vt nō ɔſuſe: ſz p̄mo peruerſitatis ſuē vñiſciuſq; erroris p̄inacia puniaſ. **RABA.** Et notandū qđ vbi dicit: **S**eminauit bonum ſemen: notat bonā voluntatē que in electis ē: vbi vñ dicit **J**uſticius: cauēlaz habendā int̄imare

Ca.XIII.

voluit: de qua crescentibus zizaniis quasi patienter ferens ait: **N**imicus homo hoc fecit. patientia nobis commendauit. vbi vo ait: Ne forte colligentes zizania. donauit nobis discretionis exemplum. Quia dicitur subiungit: Sinite vitraqz crescere usqz ad messes cōmendant longanimitatē. Ad ultimum iusticiā cuius dicit: Alligate ea in fasciculos tc.

Aliam parabolam proposuit eis dicens: Simile est regnum celorum grano synapis: quod accipiens homo seminavit in agro suo: quod minimum quidem est omnibz seminibz. Cum autem creuerit: maius est omnibus oleribus: et fit arbor ita ut uolucres celi ueniant et habitent in ramis eius.

CHRY. Quia dominus dixerat qz de semine tres ptes pereunt: et saluator una. et in ipsa rursus que saluat: multa efficitur iactura. ppter zizania que super seminatur: ne diceret: Qui ergo eruit et quanti fideles: consequenter huc timore aufert p parabolam synapis. et ideo dicit: Aliam parabolam pposuit eis dicens: Simile est regnum celoz grano synapis. **H**IERO. Regnum celorum pdcatio euangelij est et noticia scripturarum que ducit ad vitam: de qua dicitur ad illud deos: Auferetur a vobis regnum dei. huiusmodi ergo regnum celorum est simile grano synapis. **A**VG. de que. euau. Granum nāqz synapis ad feruores fidei pertinet: vel eo qz dicitur venena expellere. Sequitur: Quod accipiens hō seminavit in agro suo. **H**IE. Homo qui seminat in agro suo a pleriqz saluator intelligitur: qui in animis credētū seminat. **A**lijs ipse homo seminans ī agro suo. i. in corde suo. Quis aut est iste qui seminat: nisi sensus noster et animus qui suscipiens granum pdcationis: et sementē humorē fidei facit in agro sui pectoris pullulare? Sequitur: Quod minimum quidem est omnibz seminibz. Predicatio euangelij minima est omnibz discipulis. ad primā quidē doctrinā fidem nō habet veritatis: hominē deū: deūm mortuū: et scandalum crucis pdcans. confer huiusmodi doctrinā dogmatibus philosophorū et libris eoz: et splēdori eloquētie: compositioniqz sermonū: et videbis quanto min⁹ sit ceteris seminibz semen euangeli. **C**HRY. Uel minimum semē euāgeliū: quia discipuli vniuersis erāt imbecilliores: sed tñ qz magna erat virt⁹ in eis: expansa est eoz pdcatio vbiqz terraz: et ideo sequitur: Cum autem creuerit: maius est omnibus oleribus i. dogmatibus. **A**VG. de que. euāge. Dogmata aut sunt placita sectarū. i. vt placuit sectis. **H**IE. Philosophorū enī dogmata cu creuerint: nibil mordar: nibil vitale demonstrant: totū placidū marciū dūmē ebilit in olera et in herbas que cito arescunt et corrunt. **P**redicatio aut euāgeliū que parua videbatur in principio: cum vel in aiam credētis: vel in totū mūdiū sata fuerit: nō exurgit in olera: sed crescit in arbore: ita vt volucres celi quas uel aias credētiū: vel fortitudines dei seruitio mancipatas sentire

debem⁹: veniat et habitet in ramis eius. unde seq̄t: Et fit arbor ita ut volucres celi veniat et habitent in ramis ei. **R**amos puto euāgeliū arboris qz de grano synapis creuerint: dogmatū esse diuersitates: in quibz supradictarum volucz unaqueqz requiescunt. Assumam⁹ et nos penas colubē: vt ad altiora volantes possim⁹ habitare in ramis hui⁹ arboris: et nidos nobis facere doctriuariū: terrenaqz fugientes ad celestia festinare. **H**YL A. Uel grano synapis seipsum dñs cōpauit: acrī lemini et oīm seminū nūmo: cui⁹ virtus p̄sūris accendit. **G**RE. xix. mōra. Spe quidē est granū synapis qui in horo sepulture plātatus arbor magna surrexit. Granū nāqz fuit cū morte: arbor cū resurgeret: granū p̄ humilitatē carnis: arbor p̄ potentia maiestatis. **H**YL A. Granū igitur hoc postqz in agro seminatū fuit. i. vbi a pplo comp̄hēsus et tradit⁹: morti tanqz in agro fuit satiatione quadā corporis cōsepult⁹: ultra mensurā oīm oleū excedit: et vniuerſam pphetařū gloriā excedit: Oleris enī vite tanqz egoſto iſl data ē pdcatio pphetařū: sed tā in ramis arboris celi volucres inhabitat: aplos. s. et christi virtute ptenſos: et mundum inumbrantes in ramis intelligim⁹: in quo gentes in spe vite aduolabūt: et auraru turbine. i. diaboli spū flatuqz vexate: tanqz in ramis arboris cōquiescent. **G**RE. xix. mōra. In iſtis etiā ramis volucres requiescunt: qz sancte anime quibz dā virtutuz pennis a terrena cogitatione se subleuant: in eoz dictis atqz cōsolatiōibus ab hmoī fatigatiōe vite respirant.

Aliaz parabolam locut⁹ est eis: Simile ē regnum celoz fermēto: qd acceptū mulier abscōdit in farine sauis trib⁹ donec fermētatū est totuz.

CHRY. Ad idē ostendendū dñs apponit parabolam de fermēto. vñ dicitur: Aliā pabolā locut⁹ est eis: Simile est regnum celoz fermēto. q. d. Sicut fermentū multā farina transmutat in sua virtutē: ita et vos totū mūdiū transmutabitis. Et vide ibi prudētia: ea enī que sunt nature inducit: demonstrāt qm̄ sicut illa possibile ē fieri: ita et hoc. Nō autē dicit qz posuit simpliciter sed abscondit: ac si diceret: Ita et vos cū subiecti fueris: impugnatoribus vestris: tunc eos supabitis. Et sicut fermentū suffoditur quidez: non aut destruit: sed paulatū ad suū habitum oīa transmutat: sic et in pdcatione vestra continget. nō itaqz qz multas dixi supuenturas vobis veratiōes timeatis: ita enī fulgebitis et oēs supabitis. tria autē sata hic p multis posuit. hūc enī numerū determinatum p multitudine indeterminata accepit. **H**IE. Satu aut ē gen⁹ mensure iuxta morē p̄iūcie palestine: vñū et dimidiū modū accipiēs. **A**VG. de q. euau. Uel fermētū dicit dilectionē eo qz feruescē facit et excitat. Mulierē sapiētā dicit. In farine autē satis trib⁹ intelligūt vel tria illa ī boīe: et toto corde: ex tota aīa: et ex tota mēte. vel tria illa fructifera: cētesimū: sexagesimū: et tricesimū. vel tria illa genera hoīm: noe: daniel: et iob. **R**ABA. I. dicit aut: Donec fermētū īstū. qz charitas ī nīa mēte recondita eo usqz crescat: vt totā mēte ī sui pfectiōez omittat qd h̄ ichoat: i. futuro vo pficiē. **H**IE. U. alīe: Mu-

Partheus

lier ista q̄ fermētū accipit: t̄ abscondit p̄dicatio mibi videt̄ aplīca vel ecclesia de diuersis ḡtib⁹ ḡgregata. hec tollit fermētū: intelligētiā. s. scripturā et abscondit illud in farine satis trib⁹ vt sp̄s aia t̄ corp⁹ in vnu redacta nō discrepet inter se. Uel alit: Legimus in platone tria eē i aia: rōnale: irascibile: t̄ oculi piscibile. t̄ nos ḡ si acceperim⁹ fermētū euangelicū sacram̄ scripturā: in rōne possideam⁹ prudentiā: in ira odiū t̄ vitia: in desiderio cupiditatē v̄tutū: t̄ hoc totū fiet p̄ euāgelicā doctrinā quā nobis maē eccl̄ia p̄stit. dīcā t̄ quoq̄dā intelligētiā: mulierē istaz t̄ ipsi eccl̄ia interpretant̄: q̄ fidē hoīs farine satis trib⁹ om̄iscuit. s. credulitati patris t̄ filii t̄ sp̄ssci: cuīz in vnu fuerit fermētata: non nos ad triplicē deū: sed ad vni⁹ diuinitatis p̄ducit noticiā: pius quidē sens⁹: sed nūq̄d̄ pabole t̄ dubia enigmatū intelligētiā p̄nt ad auctoritatē dogmatū p̄ficē. HYLA. Fermēto se dñs cōpauit. fermētū enī de farina ē: qđ v̄tutē acceptā acerio sui generis reddit. hoc aut̄ fermētū acceptū mulier synagoga. s. p̄ iudicium mortis abscondit hoc: aut̄ in farine mensuris tribus. i. legis: p̄phetaꝝ: euāgeliꝝ equalitate cooptū. oia vnu fec̄: vt qđ lex constituit: p̄pheta nūciauerūt: id ipsū euāgeliꝝ p̄fectōibus expleat: qđ ad trū ḡtū vocatiō: ex sem chā t̄ iaphet: tres mēsuras farine eē referendas sensisse multos memini. Sz nescio an hoc ita opinari rō p̄mittat: cum et̄ om̄niū ḡtū vocatio sit: i his tamē christus nō absconsus sit sed ostensus: t̄ i tanta infi delium multitudine fermentatū est totū.

Hec oia locut⁹ ē iesus i pabolis ad turbas: t̄ sine pabolis nō loq̄bat eis: ut impleret qđ dictū erat p̄ prophetā dicētē: Aperiā i pabolis os meū: eructuabo abscondita a p̄stitutiōne mundi.

CHRY. Post p̄missas pabolas ne aliq̄ op̄aret̄ ḡ christ⁹ noua induceret: induxit euāgelista p̄pheta etiā hūc p̄dcentē doctrine modū. Et iō dīc̄: Nec oia locu. ē i.e. i pa. ad turbas. Marc⁹ at̄ ait: Qui sicut poterat audire: loq̄bat eis simonē i pabolis. vñ nō mireris si de regno disputas grani t̄ fermēti memin̄t̄: hoīb⁹. n. loq̄bat ideotis t̄ indigētib⁹ ab his induci. REMI. Parabola grece: latine dīfīlūdo per quā veritas demōstrat̄. Dñdit q̄p̄e in ipa fīlitudo q̄sdā figurās vboꝝ t̄ imagines veritat̄. HIE. Nō aut̄ discipulis sed turbis pabolas loq̄bat: t̄ vsc̄ ho die turbe i pabolis audiuit. t̄ iō cī: Et sine pabolis nō loq̄bat eis. CHRY. Quānis enī multa sine pabolis turbis dixerit: Sz tūc nihil. AVG. de con. euā. Uel hoc dīr: nō q̄ nibil p̄prie locut⁹ ē: Sz quia nullū fere sermonē explicavit: vbi nō p̄ pabolā ali qđ significavit: q̄uis in eo aliqua t̄ p̄prie dixerit: ita vt sepe iueniat̄ tot⁹ sermo ei⁹ pabolis explicatus: tot⁹ aut̄ p̄prie dicit⁹ null⁹ iueniat̄. Explicatos at̄ sermones dico q̄i ex aliq̄ occasiōe rex incipit loq̄: quousq̄d̄ terminet̄ q̄cqd̄ ad ipsam rē p̄m̄er t̄ trāseat ad aliud. Nōnūq̄d̄ sane aliud euāgelista corrererit: qđ ali⁹ diuersis t̄pib⁹ dictum indicat. non enī oīno fīi rex gestar⁹ ordine: Sz fm̄ sue q̄sq̄ recordationis

facultatē narrationē quā exorsus ē noīauit. Quare aut̄ in pabolis loq̄ref: manifestat euāgelista cū subdit: Ut adimpleret qđ dī. ē p̄ pp̄be. dī. Aperiā i pabolis meū eruc. absco. a consti. mudi. HIE. Hoc teſmoniū de. lxxvi. psalmo lūptū ē. Legi in novellis codicib⁹ eo loco vbi nos possum⁹ t̄ vulgata edeo bz. Ut adimpleret qđ dictū ē p̄ pp̄b̄ta dicētē. REMI. Unde p̄ phry⁹ obiecit fidelibus: Euāgelista vī tāte infi entie fuit: vt qđ rep̄itur in psalmis: ip̄e dep̄utac̄re isiae. HIE. Quia ḡ mīme iueniebas i itala arbore postea a prudētib⁹ viris ē sublatū. Sz mībi in p̄cipio ita editū: Qđ scriptū ē p̄ asaph, pp̄b̄zo dicētē. Se p̄tuagesim⁹ enī septim⁹ psalm⁹ de quo sup̄n̄ ē b̄ ite st̄moniū: Asaph, pp̄b̄te inscribit̄: z p̄mū scriptor̄: nō intellexisse asaph: t̄ putasse scriptoris vītū: atq̄ emēdasse nomē isiae: cui⁹ vocabulū manifest̄ erat. Sc̄idū ē itaq̄ ḡ nō solū dauid: Sz etiā ceteri quez in psalmis t̄ hymnis t̄ canticis dei p̄scripta sūr noīa pp̄b̄te sūt appellādi: asaph videlz t̄ idib⁹ t̄ orat̄es: t̄ reliq̄ quos scriptura ɔmemorat̄: qđq̄i p̄f̄a dñi dīr: Aperiā i pabol̄ os meū. Lōsiderādi alter⁹ t̄ iueniēdū describi egressū israelit̄ ex egypto: t̄ oīa signa narrari q̄ i erodi ḥtīnē historiā. Et quo mel ligim⁹ vnuuersa illa q̄ ibi scripta sūr pabolice semēda t̄ manifestare abscondita sacra. Hoc enī salutare edictuz se ē p̄mittit dīcēs: Aperiā i pabolis os meū. GLO. q. d. Qui p̄s locut⁹ sūr p̄p̄b̄tas: mō in p̄p̄ria glōna aperiā os meūm in pabolis: et eructuabo de thesauro mei secreti: enītām myst̄ria que abscondita erant a ɔstitutione mudi.

Tūc dimissis turbis uēit̄ i domū: t̄ accesserūt ad eū discipuli ei⁹ dīcētes: Edissere nobis pabolā zīzānī rū agri. Qui rūndēs ait: Qui semiat bonū semē est fili⁹ hoīs. Alger ait ē mūd⁹. Bonū uero semē: bi sūt filij regni. zīzānīa aut̄ filij sūt nequam. Inūnic⁹ aut̄ q̄ seminauit ea ē diabolus. Dēssis uero p̄sumatio sc̄li. Dēssores aut̄ angeli sūt. Si ergo colligūt zīzānīa t̄ ignī p̄burunt̄: sic erit in p̄sumatōe sc̄li. Vittet filius hoīs angelos suos t̄ colligent de regno ei⁹ oia sc̄adala: t̄ eos qui faciūt iniqtatē t̄ mittēt eos i caminū ignis. Ibi erit flet⁹ t̄ stridor dentū. Tūc iusti fulgebūt sicut sol in regno pris eoꝝ. Qui bz aures audiēdi audiat.

CHRY. Locut⁹ fuerat dñs turbis i pabol̄ vt eos ad interrogandū inducēt: t̄ q̄uis multa i pabol̄ citi ser: null⁹ nī eū interrogauit. t̄ iō eos cīmisi. vñ seq̄tur. Lunc dimissis turbis venit i domū. Null⁹ aut̄ eū scribar⁹ sequit̄. vnde manifestū est ḡ ppter nibil

Ca.XIII.

aliquid p̄us sequit̄: q̄d ut eū caperet̄ i sermōe. **HIE.**
 Dimitit autem turbas & domū reuertit̄: vt accedat
 ad eū discipuli: & secreto interrogat̄ q̄ pp̄ls nec me-
 rebat audire: nec poterat. **RABA.** M̄ystice aut̄
 dimissa turba tu multuant̄ videop̄ ingrediē eccles-
 ia gentium: & fidelib⁹ exponit̄ sacramenta celestia. vii
 sequit̄. Et accessit̄ ad eū disc. ei⁹. d. Edis. no. pa. 31a.
CHRY. N̄i aliqui volentes discere formidante
 rint interrogare: n̄i libē interrogat̄ & oſiſiunt̄: q̄n̄
 audierat̄. **Uobis** datū est nosse mysteriū regni dei.
 iōq̄ singulariter interrogat̄: n̄o multitudine emula-
 tes: q̄b⁹ n̄o erat datū. **Dimituit** aut̄ pabolā fermēti
 & synapis ut manifestiores. **Interrogat̄** at de pabo-
 la zizanior̄: q̄b⁹ b̄ueniētia ad p̄missam pabolā de-
 semie: & aliqd ampli⁹ oſidit̄. **Onis** at q̄ eēt pabola ex-
 ponit̄. vii sequit̄. Qui r̄ides ait eis: Qui se. bo. se. ē fil-
 bois. **REMI.** Ideo aut̄ dñs se filiū hoīs appella-
 uit: vñ b̄ indicio nobis exēplū hūilitatis relinq̄ret. si
 ne q̄z futur⁹ erat vt heretici negarēt eū verū hoīem
 eē: sive ut p̄ hūanitati fidē possim⁹. **Scēdē** ad diuini-
 tatis cognitionē. **Seq̄:** Ager aut̄ ē mūd? **GLO.**
 N̄i aut̄ ipse sit q̄ seminat agz ſuū: n̄i aſfestu ē q̄ p̄is
 mūdus ē ei⁹. **Seq̄:** Bonū vo ſemē bi ſū ſi. regni.
REMI. iſcī & electi viri q̄ inē filios regni oſut̄.
AVG. faſtū. **Zizania** aut̄ expōit̄ dñs n̄o aliqua
 fāſtū veris scripturis imissa: ſic maniche⁹ interpt̄at̄.
 Hoīs filios maligni. i. imitatores diabolice falſitat̄
 vii sequit̄. **Zizania** at ſū ſi. neq̄. Per quos oēs ipi-
 os & malignos vult intelligi. **AVG.** d. q. euā. Q̄is
 aut̄ imūdicia in ſegrete zizania dicit̄. **Seq̄:** Numic⁹
 at q̄ ſe. ea ē diabol⁹. **CHRY.** Eteni hoc diabolice
 ē machinatiois veritati ſp̄ uiferere errorē. **Sequit̄:**
Messis vo ſu. ſe. ē. Alio aut̄ loco ait d̄ ſamaritanis
 loqūs: Lenate oculos v̄ros & ſiderate regiones:
 q̄n̄ iā albe ſit ad messem. & rursus: **Messis** quidez
 multa oparij aut̄ pauci. in quib⁹ v̄bis messem dicit
 iā adiffeſt̄. Qualiter ḡ b̄ eā dicit eē futurā? **Si** ſciēdū
 q̄ in alia significatioe messem dicit̄: vii & ibi dicit̄ q̄ ali-
 us ē qui ſeminat & ali⁹ q̄ metit. hic aut̄ eūdē dicit̄ eſſe
 qui ſeminat & qui metit: q̄n̄ ibi n̄o ad ſui differētiaz;
 ſed aploz pphetas indixit. Eteni ipſe christ⁹ p̄ pro-
 phetas ſeminauit iudeis & ſamaritanis. Ideo ḡ noſ
 minat ſemē ſim aliud & aliud. **Cū** enim de obedi-
 entia loq̄ & p̄uafioe ad fidē b̄ vocat messex: ſic i quo
 totū pſic̄. **Cū** inq̄rit de fructu audiriōis v̄bi dei-
 tuc ſumationē dicit messem ſic hic. **REMI.** Per
 messem enī designat dies iudicii i quo ſepariſ ſue
 boni a malis: q̄d fiet misterio angeloz. vii inſra d̄:
 q̄ veniet fili⁹ hoīs cū angelis ſuis iudicare. pp̄ ſe-
 quit̄. **Messores** aut̄ angeli ſūt̄. **Seq̄:** P̄ic̄ ḡ zizia.
 coll. & igni cōbu. ſic erit i ſu. ſcl. **Mit. fi. ho. ange.**
 ſu. & coll. de reg. ei⁹ ſia ſcan. & eos q̄ fa. iniqtatē.
AVG. de cui. deci: N̄i qđ de regno illo v̄bi ſunt
 n̄lā ſcādala: de regno ḡ iſto ei⁹ qđ ē hic. ſ. ecclia col-
 liget. **AVG.** de q̄ euā. N̄o at p̄mo ſepans zizania:
 b̄ ē q̄ tribulatioe pcedēte ſepabū ſimpij a pijs: q̄d
 per bonos angelos intelligitur fieri: quia officia
 vindictæ p̄nt implē boni bono aīo: quō leſ: quō iū-
 der: officia vo misericordie mali implere n̄o p̄nt.
CHRY. Vel p̄t inrelligi de regno celestis ecclesiæ
 & tuc oſidit̄ b̄ duplex pena: videlz q̄ excidit a glia:
 in hoc qđ dicit̄. Et colliget de regno ei⁹ ſia ſcādala

la. ſ. ne ſcādala in regnū ei⁹ intrēt̄. & b̄ q̄ oburū ſ
 in hoc qđ ſubdit̄. Et mittet̄ eos i caminum ignis.
HIE. N̄i at ſcādala referit̄ ad zizania. b̄ at qđ dī
 cit̄. Et colliget de reg ei⁹ ſia ſcan. & eos q̄ fa. iniqtatē
 inter hereticos & ſcīmūcicos qui faciūt ſcādala intel-
 ligant̄. **GLO.** Vel aliter: Per ſcādala p̄nt in-
 telligi illi q̄ p̄b̄t primo occaſione offensiōis aut̄ ru-
 ine: p̄ faciētes iniqtatē quoſcūq; peccantes. **RABA.**
Obſerua qđ dicit̄. Et eos q̄ faciūt ſcādala
 no q̄ fecerūt: q̄z n̄o q̄ ſuerūt ad penitētā: ſ. ſoluz
 q̄ p̄manēt in p̄fis: eternis cruciatib⁹ mācipādi ſūt̄.
HIE. Uide aut̄ ineffabilē dei amore ad hoīes. Et
 enī ad b̄nificia p̄mp̄t & ad pena tard⁹. cū enī ſemi-
 nat p̄ ſeipſi ſeminat: cū aut̄ p̄mit p̄ alios: mittit enīz
 ad b̄ angelos ſuos. **Seq̄:** Ibi erit fle. & ſtri. dētit̄.
REMI. His verbis demōstrat̄ vera corpor̄ resur-
 rectio: nihilomin⁹ oſidit̄ p̄ hoc duplex pena inferni
 ſ. nimis calorū: & nimis frigoris. ſicut aut̄ ſcādala re-
 ferit̄ ad zizania: ita iusti reputant̄ in filios regni. ſ.
 quib⁹ ſequit̄. Tūc iusti fulgebūt ſicut ſol i regno pa-
 tris eoz. in p̄nt̄ enī ſcelo fulget lux ſcōr̄ corā hoīb⁹:
 p̄ ſumariōs aut̄ mūdi ipſi iusti fulgebūt: ſic ſol i re-
 gno p̄ris ſui. **CHRY.** N̄o q̄z ita ſolū ſic ſol: ſ. q̄z b̄
 fidere aliud magis inculētū n̄o noſcim⁹: cognit̄ no-
 bis v̄t̄ ereplis. **REMI.** N̄o aut̄ dī. Tūc fulge-
 bunt: intelligēdu ē q̄z & n̄c fulgēt in exēplū aliorū:
 ſ. tūc fulgebūt ſic ſol ad laudandū dei. **Seq̄:** Qui
 b̄ aures audiēdi audiat̄. **RABA.** i. qui b̄ intelle-
 ctū intelligat: q̄ ſcīmūcico hec ſia intelligēda ſūt̄.
Gile ē regnū ſcelo ſ. theſauro ab-
 ſcōdito i agro quē q̄ iuenit b̄o abſcō-
 dit̄: & p̄ gaudio illi ſuadit̄ & uēdit uni-
 uersa q̄ habet: & emit agrum illum.
CHRY. Parabole q̄ ſupra ois posuerat de fer-
 mēto & ſynapi ad v̄tētē euāgelice p̄dicationis refe-
 rūt̄: q̄n̄ ſupabit orbē terrarū. n̄c autē vt p̄ciosita-
 tē & magnificētā eiusdē ſuideret: pponit pabolā ſ.
 theſauro & margarita dicēs. **Gile** est reg. ce. the. ab-
 ſeon. in agro. **Predicatio** enī euāgelij occūlata ē i
 mundo. et ſi n̄o vendideris oia: n̄o emes eā: & cum
 gaudio hoc op̄ortet facere. vii ſequit̄. Quē d̄ iuenit
 b̄o abſcondit̄. **HYLA.** Dic quidē theſaur⁹ gratis
 iueniūt̄: Euāgelioz enī p̄dicatio i abſoluto ē. ſ.
 v̄tēdi & poſſidēdi b̄mōi theſauri cū agro poſteſtas
 non p̄t eſſe ſine p̄cio: q̄ ſcīmūcico diuitie n̄o ſine dā
 no ſeculi poſſideſt̄. **HIE.** N̄o aut̄ abſcōdit n̄o de
 inuidia facit: ſ. moe ſeruātis & noletis pdere abſcō-
 dit in corde: quē p̄ſtimi p̄tulit facultatib⁹. **GRE.**
 in ho. Vel aliter: **Theſaur⁹** in agro abſcondit̄ ē ce-
 leſte desideriū. Ager vo in quo theſaur⁹ abſcondit̄ ē
 disciplina ſtudii celeſtis: quem. ſ. theſauroz cū iuenit
 homo abſcōdit. ſ. vt ſeruet q̄ ſtudū celeſtis deſide-
 riū a malignis ſpiritibus eufodiri n̄o ſufficit ei q̄ b̄
 ab humaniſ latitudib⁹ non abſcondit. in p̄nt̄ etenim
 vita quaſi in via ſum⁹: quia ad patriā pgimus. **Da-**
 ligni aut̄ ſp̄us iter noſtrū quaſi quidā latrūculi ob-
 ſident̄. Depredari ḡ deſiderat̄: qui theſauroz publice
 poſtāt in via. Doc aut̄ dico: non vt p̄ximi nr̄i opera

~~Mattheus~~

nostra nō videat: s; vt p hoc qd agim? laudes exteri? nō qram? Celop aut regnū iccirco terrenis reb? fil'e dī: vt ex his q anim? nouit surgat ad incognita: vt p hoc q scit notū diligē: discat ignotū amare. Sequit: Et p gau illi? va. t vē. vniuer. q bz: t emit agrū illū. Agrū pfecto vēditis oib? cōpat: q voluntatib? carnis rnuicās: cūcta sua trena desideria p disciplinē celestī custodiā calcat. HIE. Uel thesaur? iste i quo sūt oēs thesauri sapie t scie absconditi: aut de vbu ē q in carne xpī videt abscondit?: aut sc̄ scripture in qb? reposita ē noticia saluatoris. AVG. de que. euā. Iūc aut thesaur? dicit in agro absconditū. s. duo testamēta in ecclia: q cū qs ex pte intellect? at tigere sentit illic magna latē t vadit t vēdit oia sua t emit illū. tēptū tpaliū cōpat sibi otiū: vt sit diues cogitatione dei.

Itez sil'e est regnū celoz hoi ne gociatori qrenti bonas margaritas. Inuēta autē una p̄ciosa margarita abiit t uēdicit oia q huit t emit eā.

CHRY. Euāgeliā p̄dicatio nō solū lucrū multis pler p̄bet: led t p̄ciosa ē vt margarita. Unde p̄ parabolā de thesauro ponit pabolā de margarita dicens: Itez sil'e ē reg. ce. hoi negociatori. In p̄dicatio one enī duo oportet adesse. s. ab hui? vite negociis scpari: t vigilante ēē qd negociatio designat: vna āt ē veritas t nō p̄ita: t ppter hoc vna margarita dī inuēta. Et sicut q margaritā bz: ipse qdē nouit q diues ē: alijs vō nō est cognit? multoties eam manu detinēs ppter ei? p̄titatē: ita ē in p̄dicatioē euāgeliā. q enī eā detinēt: scūt se diuites eē. Insidēles aut hūc thesaup̄ nesciētes diuitias nřas ignorat. HIE. Bone aut margarite p̄nt intelligi lex: t pphete. audi ḡ martion t manichee q bone margarite sūt lex t pphete. Una ḡ p̄ciosissima margarita ē scia saluatoris t sacramēti passioēs t resurrectioēs illi?: qd cū iuenerit hō negociatori filii pauli apli: oia legis pphetarūq̄ mysteria t obseruatiōes p̄stinas in qbus inculpate vixerat: qsi purgamēta cōtēnit vt ipsi luscrifacerēt: nō quo iuētio bone margarite ēdēnatio sit veterū margaritaz: sed quo cōpatiōe ei? ois alia gēma sit vilioz. GLO. Uel p margaritā p̄ciosam intelligit celestis vite dulcedo: quā iuētā oia vēdēs emur: q̄ celestis vite dulcedine inq̄tū possibilitas admittit pfecte cognouerit ea q̄ in terris amauerat: libēter cūcta derelinquit: deforme cōspicit qdē de terrene rei placebat specie: q̄ sola p̄ciosa margarite claritas fulget in mēte. AVG. de que. euā. Uel hō cū qrat bonas margaritas: iuēnit vñā p̄ciosa: q̄ q̄rēs hoies bonos cū qb? vtiliū vnuat iuēnit vñā fne pctō iēsū christū: aut p̄cepta q̄rens: qbus seruat cū hoib? recte queret. Iuēnit dilectionēz primi: in q̄ ex vno dīc apls oia iūneri: aut bonos intellect? q̄rens iuēnit illū vñā quo cūcta iūnerēt: in p̄ncipio vbu qdē lucidū candore veritatis: t solidū firmitas t eternitatis: t vndiq̄ sibi fili pulchritudine veritatis: q̄ de penetrata testudine intelligēd'ē. Quolibz vō illoz triū sit: vel si aliud occurrere potuerit: qd̄ margarite vñā p̄ciosa noīe significet: p̄cū ei? ē nos ipſi: q̄ ad eā possidēdā non sum? liberi nisi oib? p

nřa liberatiōe tēptis q̄ tpaliū possidēt. Q̄edit enī reb? nřis: nullū aliud p̄cū mai? accipim? q̄ nos ipſi: q̄ talibus implicari nři nō eramus: vt rursus nos pilla margarita demus: non quia tantū valet: h̄q̄ plus dare non possumus.

Itez sil'e ē regnū celoz sagene misse i mari: t ex oī genere p̄scū p̄gre gāti: quā cū ipleta cēt educētes: t se cus litt? sedētes elegerūt bonosi na sa sua: malos āt foras miserit. Sic erit in p̄sumatiōe seculi: Exhibūt angeli: t sepabunt malos de medio in stoz t mittēt eos in caminū ignis: ibi erit fletus t stridor dentiuz.

CHRY. Postq̄ p̄dictas pabolas euāgeliā p̄dicationē comēdauerat: vt nō cōfidam? in p̄dicatuone solū: neq̄ fidē nobis estimem? sufficere ad salutē: alia pabola terribilē subdit dices: Itez sil'e ē re ce. sage. mis. in mari. HIE. Impletio enī bieremie vaticinio dicētis: Ecce ego mittā ad vos p̄scatores multos. postq̄ aut audierunt pet? t andreas: iacobus t iohānes: Seqmī me faciat vos p̄scatores boniū: t exeterūt sibi et veteri t ex novo testō sagena euāgeliōy dogmatū: t miserit eā ī mare hui? sc̄līq̄ vsc̄bodie ī mediū fluctib? tēdīt: capiēs de salis t amaris gurgitib? q̄cqd inciderit. i. bonos homines t malos: t hoc ē qd̄ subdit: Ex oī ge. p̄s. p̄gregāt.

CHRY. Uel alir: Scā ecclia sagene cōpat: q̄ t p̄scatorib? ē omīssa t p̄ eā q̄sq̄ ad enī regnum p̄fī sc̄lī fluctib? trahit: ne eterne mortis p̄fido mergat q̄r oī genere p̄scū p̄gregat: q̄r ad p̄cōrē venia fā pientes t fatuos: liberos t fuos: diuites t paup̄tates t infirmos vocat. Que sagena. s. tūc vnuersa liter p̄plef: cū in fine suo būani generis sumā cōlū dīc. vñ seq̄t: Quā cū iple. cēt edū. t sec? lit. sedē. ele. bo. i. va. sua. mā. āt fo. miserit. Sic. n. mare seculi: ita sc̄lī finē significat litt? maris: i quo. s. fine boni p̄scē in vasis eligūt: mali. p̄ciūt foras: q̄r t elct? q̄s. tabernacla etīna recipit: t int̄nī regni luce p̄dīta ad exteriores tenebras reprobi. p̄trahūt. Nūc enī malos bonosq̄ cōiter q̄si p̄mixtos p̄scēs fidei sagena iūnet: s; litt? indicat sagena ecclie qd̄ trahēat. HIE. Dū enī sagena extrahēt ad litt? tūc ver secer nēdōz p̄scū iūdiciū demōstrabīt. CHRY. Und aut distat hec pabola a pabola zīzāniōz: Etenī illi bi qdē saluāt: bi. āt peuit: sc̄i er. b. h. illiū qdē p̄p̄e p̄a uoz dogmatū heretiz: t in aēteriori pabola ē semic. q̄r nō attēdebat q̄ dicebat. h. āt. p̄p̄e vite neq̄tā p̄pe quā q̄uis t p̄scatōe capti. i. cognitōe dei fructēt nō p̄st saluari. Re aut audīes q̄in malos foras miserit estimes hāc penā nō eē p̄iculosam: p̄ expositōe ei? grauitatē orīdit dices: Sic erit i cōsū. sc̄lī: exhibūt angeli. q̄uis alibi dicat: q̄ ipse segregabit eos: sicūt se parat pastoz oues: hic angelos hoc facēt: sicūt i pabola zīzāniōz. GRE. in ho. Timēdū ē aut h̄ po ti? q̄s exponēdū. apta enī voce tornēta peccatiōz recurreret: siqd̄ de etīno supplicio obscurē diceret. RABA.

Aū enī venerit finis mūdi: tūc verū secernēdor pī
sciuū iudiciū demōstrabit: t q̄si in quodā q̄etissimo
portu boni mittēt in vasa celestii māstionū. malos
aut̄ torēdos t exiccadōs: gehēne flāma suscipiet.
Intellexistis hec oia? Dicūt ei:
Etia. Ait illis: Ideo ois scriba do-
ctus i regno celoz similis est homi
patrifamilias: q pfert de thesauro
suo noua t uetera.

CHRY. Recedentib^r turbis dñs discipulis in parabolis loq^s: ex quib^r sapientiores sūt facti: ita q^r intelligūt que dicūt. Quo circa dicit eis: Intellexistis hec oīa: dicit ei: Et iā **HIE**. Ad apostolos enī prie sermo ē: quos nō vult audire tñi vt pp̄lm: s̄z etiam intelligere vt magistros futuros. **CHRY.** deinde q̄ intellexerūt: rursus eos laudat. vii securit^r:

inde q̄ intellexerūt: rūrius eō latidat. vñ equitūt:
Ait illis: Ideo oīs scriba do. in re. ce. si. ē hoi p̄fīsa. q̄
p̄fīt de thesau. suo no. t vetera. **TAVG.** xx. de ci-
dei: Non dicit **U**terā t noua. qđ vñq̄ dixisset nisi
maluisset meritoꝝ ordinē seruare q̄s tēpoꝝ. **M**anis
chei etiā dū sola dei. p̄missa noua tenere se arbitrā
tur. remanēt in vettustate carnis: t nouitatē idūcūt
errois. **TAVG.** de que. euā. Utz aut̄ ista cōclusi-

errors. **A V G.** de que. etiam. Cr. illi illi ecclia
one exponere voluit quē dixerit thesaui i agro ab/
scōditiū; qm scē scripture intelligiūt que noīe duce/
testamētor noui t veteris cluditū: an oīdē volu/
it eū doctū habēdū in ecclia q etiā scripturas vete/
res pabolis explicatas intellecerit: ab istis nouis ac/
cipiens regulas: qr t ista dñs p pabolis enūcianuit ac/
ut si ipse in quo illa cōplent t manifestant: p pabo

las adhuc loq̄e donec passio ei⁹ velū discindat: vt nihil fit occultū qđ non retuleſ: multo magis illa q̄ tā lōge de illo scripta sūt pabolis opta esse noueris: q̄ cū iudei ad litterā accipiāt: noluerūt esse docti in regno celorum. ~~T GRE.~~ Sed si p noui ⁊ vetus qđ dicit: vt r̄iq̄ testamentū accipim⁹: Abrahā dōctū fuisse denegamus: q̄ noui ⁊ veteris testamenti ea facta nouis mīmē v̄ha nūcianuit. Moysen quo-

zri facta nouit: mīmē v̄ba nūcianuit. **D**oylen quo-
q̄ docto patrifamilias cōpare nō possum⁹: qz ersi te-
stamentū edocuit vetus: noui tñ dicta nō prulit. **S**z
in eo qd̄ bic d̄f: intelligi valet: qz nō de his q̄ fuerāt
sed de his qui i ecclia poterāt loqbāt: q̄ tunc noua
z vetera p̄serūt: cū vtriusq̄ testamēti p̄dicamēta vo-
cib⁹ z morib⁹ loquūtur. **HYL A.** Discipulis enī ē
locutus: quos scribas ppter scientiā nūcupat: eo q̄

locutus: quos ieridas ppter scientia nuptiis ac q̄ intellecerint ea q̄ ille noua & vetera. i.in enāgelijs & lege p̄tuit q̄ sunt & eiusdē patrisfamilias: vniusq; vtraz thesauri: ipsos etiā sub patrisfamilias noie si bi copat: eo q̄ doctrinā de sp̄usstanti thesauro suo nouoz ac veterū sūt adepti. **HIE** Uel apli instru-
cti scribe dicū: q̄si notarij saluatoris: qui verba illi
& p̄cepta signabāt in tabulis cordis carnalib⁹ regno

Tunc p̄cepit signaculum a Iacobino et dicit: **C**onsumat
rū celestīū sacramētū: **E**t pollebant opib⁹ p̄fissamis
lie: ei sc̄ientēs de thesauro doctrināp suāp nouāp et ve
terāp: vt d̄cquid iū euangelio p̄dicabāt legis p̄phē
tarū vocib⁹ cōprobāret. **D**ñs et sp̄s̄a dicit iū cantico
catīco: **N**oua cū veterib⁹ fratriuelis me⁹ fūnai tibi
TGO. **V**el aliter: **V**er̄ e ut p̄ culpa hūanū gen̄
in eterna pena intereat: et nouū ut auersus iū regnu
sint. **P**ropterea aut̄ de regni sūltitudine thesaūrū iūcū

ac margaritā bonā ptulit: postmodū inferni penas
de malo p cōbustione narrauit ad que in cōclūsiōe
subiūgit: Ideo doct' scriba ~~Ac~~ si dicat: Ille i sancta
ecclia doct' pdicatoz ē: q noua scit pferre de sua
uitate regni: t vetusta dicere de terroze supplicij: vt
vel pene terreat quos p̄mia nō inuitant:

Et factū est cū p̄sumasset iesus
pabolas istas : trāsijt inde. **E**t ueniens
in patriā suā docebat eos in sy-
nagogis eoz : ita ut mirarēt t̄ dice-
rent: **V**ñ huic sapientia hec t̄ uirtu-
tes? **N**ōne hic ē fabri fili? **N**ōne
mater ei? dicit maria: t̄ frēs ei? iaco-
bus t̄ ioseph t̄ simō t̄ iudas: t̄ so-
res ei? nōne oēs apud nos sūt? **V**ñ
ergo huic oia ista? **E**t scandalizabā-
tur in eo. **I**esus aut̄ dixit eis: **N**ō
est pp̄heta sine honore nisi in patria
sua t̄ i domo sua. **E**t fecit ibi uirtu-
tes multas pp̄t incredulitatē illoꝝ

HIE. Post parabolas quas dñs ad pplñi ē locu-
tus: t̄ quas soli apli intelligit: trāsit in patriā suam
vt ibi aperti doceat. Et hoc ē qđ dñ. Et factū ē cum
cōsū. iesus pa. istas trāsist inde t̄ ve. i pa. suā do. eos
in syna. AVG. de con. euā. A supiori sermone
pabolaz istarū sic trāsist: vt nō oīdat sequētis ordi-
nis necessitatē: p̄sertim qz marc⁹ ab istis gabolis nō
in qđ matthe⁹: sed i aliud intendens in qđ t̄ lucas:
ita cōteruit narrationē vt credibilib⁹ oīdat hoc cē
poti⁹ sequēter gestū qđ ipsi duo sequēter adiungūt
de naui. s. in qua dormiebat iesus: t̄ de miraculo ex
pulsor demonioꝝ: q̄ matthe⁹ supius recolens impo-
suit. CHRYS. Barrā āt ei⁹ h̄ nazaret vocat: nō enī
fecit v̄tutes multas: sed i capharnaū fēc mltā signa.
s. doctrinā eis oīdit nō minorē admirationē h̄ntez
q̄ signi. REMI. In synagogis autē docebat: vbi
plurimi oueniebāt: qz ppter multoz salutē de celis
descēdit ad terras. Seq̄t: Ita vt mirarēt t̄ dicerēt:
vñ huic sa. hec t̄ v̄tutes: Sapia refert ad doctrinā:
v̄tutes vñ ad miraculoꝝ opatoꝝ HIE. Mira stu-
titia nazarenoꝝ: Mirāt vñ h̄eat sapiam t̄ v̄tutes. s.
error in p̄mptu ē: qz fabri filii suspicant. vnde t̄ di-
cūt: Nōne hic ē fabri fili⁹. CHRYS. Per oīa ḡ erāt
insensati vilipēdētes eū ab eo q̄ estimabat cē p̄: qz
uis mltā hor̄ exēpla h̄ntes i atiqs tr̄pib⁹ t̄ patr̄ igno-
biliū nobiles vidētes filios: etenī dauid cui⁹ dā agri-
cole iesse fuit fili⁹: t̄ Amos cui⁹ dā pastoris t̄ ipē pa-
stor. Dporebat n. pp̄ h̄ marie eū honorare: qui a-
talibus existens talia loquebas. etenī hoc erat ma-
nifestum: quoniā non ex humana diligentia erat: s.
ex diuina gratia AVG. in ser. de nati. Est aut̄ pat̄
christi faber de⁹: q̄ totius mūdi oīa fabricat⁹ ē. Fir-
chā noe disponebat. moysi tabernaculū ordinavit.
archam testamēti instituit. Fabū dixerit à mēte ri-
gidā explanat: ac cogitationes supbas excidit. HY

Mattheus

seculi virtutē iudicio decoquētis massāq; formātis
in oē op^z vilitatis humanae: formā. s. corporū nroꝝ ī
diuersa mēbroꝝ ministeria: z ad oīa eterne vite oga
fingentis. **HIE.** Cū aut̄ errēt in patre: nō est mirā
dū n̄ errēt in fratrib^z. vñ subdit: Nōne ei^z mater d̄
maria: z frēs ei^z iacobus z ioseph z simon z iudas
z sorores eius nōne apud nos oēs sūt. **HIE.** ᷂ bel
uidū: Fratres dñi hic appellātur filij materterē ei^z
marie: z hec ē mater iacobi: z ioseph vtoꝝ alphei. z
hec dicta ē maria iacobi minoris. **AVG.** ᷂ q. euā.
Non ergo mirū est dictos esse fratres dñi ex mater
no genē quoscūq; cognitatos: cū etiā ex cognatione
ioseph dici potuerint frēs ei^z ab illis q̄ eum patrem
dñi esse arbitrabant. **HYL A.** Inhonorat ḡ dñs a
stis: z quāq; docēdī prudētia z opandi virt^z adminis
trationē cōmoueret: non tñ credunt hec in noīe dñi
agere: z paterne artis quodā obprobrio laceſſūt. In
ter tot ḡ magnifica que gerebat: corporis eius z tēpla
tione cōmouebant. z iō dicūt: Unde huic oīa ista?
Seqz: Et sic scādalizabātur in eo. **HIE.** Error iu
deoz salus nīra est z hereticoz cōdēnatio. intātū enī
cernebāt hōiem iesu christū vt putarēt filiū fabri.
CHRY. Intuere enī christi māsuertudinē cōuiciat^z
est: sed cū nīla māsuertudine rñdit. vñ seqūt: Jes^z
at dirit eis: Nō ē ppbeta sine honore: nīl in patria
sua z i domo sua. **REMI.** Prophetā seipſu appel
lat: qđ z moyses manifestat cū dicit: Prophetā sus
citabit de^z de frīb^z vestris vobis. Et hoc sciendū ē
qđ nō solū christ^z q̄ est caput oīm ppbetaꝝ: s̄ etiam
hieremias daniel z ceteri minores ppbetaꝝ maioris
bonozis z dignitatis fuerūt apud exterorū q̄ apud
sūos. **HIE.** Propemodū enī naturale ē ciues sem
per ciuib^z innidere. nō enī ɔſiderāt p̄ntia fieri oga:
s̄ fragilis recordātur infante: q̄si nō z ipsi p̄ cosdez
etarū gradus ac maturā etatē venerint. **HYL A.**
Inhonorabilē etiā ppbetaꝝ i patria sua ēē rñdit: q̄
in iudea effet v̄sq ad crucis sententiā conciēndus
z q̄ penes solos fideles dei virtus: z pppter eoz in
credulitatē opib^z diuine v̄tutis abstinuit. vñ seq/
tur: Et nō fecit ibi virtutes multas pppter increduli
tatē eoz. **HIE.** Non q̄ etiā incredulus facē nō po
nit v̄tutes multas: sed q̄ ne multas faciens v̄tutes
ciues incredulos ɔdēnaret. **CHRY.** Si aut̄ admi
ratio eis adueniebat ex miraculis: quare nō multa
fecit: q̄ nō ad ostensionē suā inspiciebat: s̄ ad ea q̄
alijs erāt v̄tilia. hoc igīt nō pueniēt despexit: qđ
erat suipſi^z: vt nō penā ei^z augeat. Cur igīt vel pau
ca fecit signa: vt nō dicāt: Si v̄tig facta eēt signa
nos credidissem^z. **HIE.** Pōt etiā aliter intelligi^z
iesus despiciat in domo z in patria sua: hoc ē in po
pulo iudeoz: z iō ibi pauca signa fecerit: ne penitus
iercusabiles fierēt. maiora autem signa quotidie in
gētibus per apostolos facit: non tam in sanatione
corpoꝝ q̄ animarum salute. **CA.XIII.**

In illo tpe audiuit herodes
tetrarcha famam iesu: z ait
pueris suis hic ē iohānes ba
ptista: ipse surrexit a mortuis: z iō
v̄rtutes opant i eo. Herodes enī
tenuit iohānē z alligauit euz: z po

